



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Philosophistæ Seu Excerpta Pauca Ex Multis Libris, Thesibus, Dictatis Theologicis**

[S.l.], [ca. 1692]

1686. Idem sub Josepho De Reux.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39173**



26 PHILOSOPHISTÆ.

II. PARS. Dei, neque adeò pœnæ sensûs nunquam finiendæ reum statuit delinquentem.

IDEM COLLEG. LOVAN.

1686. *Rursum* Pater DE REUX *eodem anno* 1686. 23. *Julii num.* 12. Pœnam peccati mortalis æternam futuram docet Fides. At unde hanc meretur? Non incongruè offensæ Dei malitiam quodammodò infinitam ut causam assignaveris. Peccatum Philosophicum, ut Schola appellat, cùm non sit formalis offensâ Dei, pœnis sempiternis multi eximunt: nec immeritò, si speculari liceat Theologis Scholasticis.

COLLEGIUM LUGDUNENSE.

1686. *Eodem anno in Thesi pro prima exercitatione Lugduni in aula Collegii SS. Trinitatis Societatis Iesu mense Septembri defensa, sub titulo De Peccatis, Gratia & Virtutibus, hæc habetur positio:* Peccatum ut sic est exercitium libertatis disconveniens naturæ rationali quâ tali: NON REPUGNAT PECCATUM PURE PHILOSOPHICUM.

*Eodem anno & mense eadem Thesis iterum apud Cluniacum, seu in celebri Monasterio Cluniacensi defensa ab eodem Jesuitarum Discipulo, cui nomen CLAUDIO SYLVESTRE MATISCONENSI.*

COLLEGIUM LOVANIENSE.

1687. P. ISAAC DE BRUYN *in Thesibus anni* 1687. 21. *Julii num.* 15. Cùm Theologi statuunt peccatum mortale Theologicum pœnas sensûs æternas mereri, quia est gravis & formalis offensâ Dei sub  
ratio-